98

De Ecclesia S. Antonij Patavini

Distat à Civitate per milliare, et constructa fuit sumptibus q. Petri Leevangola, qui illam dotavit, ut in ea sacrum fieret singulis Dominicis, prout ex actis Cancell.ae sub die 7. aug.ti 1696. Hodiè prætendunt Hæredes non teneri ad celebrationem Missæ, ex eo quia occlusa fuerit via olim publica et sic cessaverit finis d.æ Dotationis factæ ob comoditatem itinerantium, sed cum articulus sit dubius, Ill.mus D. assignavit terminum duorum Mensium ad docendum de adimplem.to vel dicendum causam, quæ illos excusare valeat, tàm in foro externo, quàm interno. vid. act. p.e 1. fol. 150

Unicum habet Altare S. Titulari, quod provideri debet de novo lapide sacro ampliore, etiam ex decretis Epor. Alcotti, et Blasij, et cooperiri tela cerrata, et servagula infra d.m duos Menses.

Reaptandum etiam erit Laqueare Eccl.æ, et tectum ad arcendum pluviam.

De Eccl.a et Conventu S. Susannæ

Est de Iuribus Mensæ Episcopalis, et comendata Societati Sancti Bernardini, cum onere illam manutendi

De Altare Maiori

Colit. in eo Simulacrum Sancti Crucifixi, et celebratur ex deuotione singulis ferijs sextis mensis Martij, et 2a. die Paschatis Resurrectionis festo principali Ecclesie

Mandauit Illmus D. prouideri de nouo lapide sacro ampliore, depingi Crucem in fronte ipsius, et cooperiri tela stragula, aut Coraminea, ut preseruet. à sordibus.

De Altare S. Susanne

Suspensum fuit à Predecessoribus, iustis de Causis et in ead. Suspensione relictum, maximè quia ecclesia nimium distat à Ciuit., et subest periculis Latronum.

De Tota Ecclesia

Mandauit reaptari tectum, et in partibus exterioribus expurgari Parietes à vepribus

De Sacristia

Missalia, ac indumenta asseruant. Repositarium Societatis S. Bernardini

De Conuentu

Cum penè dirutum reperiat., mandauit reaptari mansiones, que conseruari possunt, et presertim illæ in quibus inhabitant eremite Custodes, que hodie uacant